e-codices

statim oblitus est passionum preteritarum quas paulo ante passus erat re
spiciensque uidit pratum uicere splendore solis ipsa claritate. cumque iret semetipsum stare ammirans de pulcritudine. uidit
multitudinem nimiam procedere obuiam sibi cum ramis palmarum.
Qui omnes recipientes illum in pace domini atque congaudentes ei quod dominus
ipsum uictorem demonum constituit ipsique domino nostro ihesu christo incessanter
laudes atque innumerabiles referebant. Ubi eque uidit homines diuersi generis
de omni ordine religioso diuise etatis utriusque sexus alios. quosdam episcopos alios
quoque archiepiscopos. uidit quoque monachos clericos uirgines uiduas. et
coniugatos purgatos omnes indutos sanctis uestibus et unusquisque qualis fuit in seculo
talis et hic apparuit. cumque benigne ab omnibus salutatus esset duo ar
chiepiscopi ut sibi uidebantur recipientes illum ad manum cum processione qui ue
nerant contra eum sunt finito processu duo predicti archiepiscopi ducentes il
lum seorsum ostendebant ei terram amenissimam diuersis floribus et arbo
ribus fructuque omni redimita quorum odore suauissimo uiuere pote
rant qui ibi mansuri erant sine fine uel ista patere non poterat considerare
pro magnitudine dilectationis ubi non erit nox sed semper sine fine dies perpetua
et cuius splendor purissimi celi illam terram illustrat et iubare suo
et tanta multitudinem uirorum ac mulierum uidit quod nullo modo potest
computari. Quorum alii hic alii illuc suam societatem distincti
habebant ita tamen quod qui uolebant isti illic atque illi istuc transire
cum immensa leticia potuerunt chorus chorus assistebant plena
dulcisque armonie concentu deo laudes resonabant. Sicut stella differt
ab stella ita fuit quedam diuersa in pulcritudine eorum tam in uul
tu quam in uestitu alii induti sunt uestitu aureo alii ui
ridi alii colore purpureo alii iacinctino alii ceruleo alii can
dide alii rubeo alii uidebantur. quosdam reges alii portabant et
palmas in manibus. In huius fuit uisus delectabilis suauissimus o
dor. audiuitque armonie suauis et dulcis undique audiuit sanctorum con
centum laudes deo resonancium singuli gaudebant de ipsa felicitate

Licenza: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 596, p. 88 – Excerpts from the lives and teachings of the Monastic Fathers (http://www.e-codices.ch/it/csg/0596/88)